

Recensiones

Navigatio Sancti Brendani Abbatis, from Early Latin Manuscripts.
Edited with Introduction and Notes by Carl SELMER. Publication
in Mediaeval Studies. XVI. Ed.: The University of Notre Dame,
1959. LI+132 pp.

Libellus « *Navigatio Sancti Brendani Abbatis* » pertinet ad sic dictam litteraturam hagiographicam Medii Aevi superioris. Valorem stricte historicum non habet. Ob suam diffusionem latissimam vero merito recensetur inter textus Medii Aevi summi momenti. Huius libelli notissimi hucusque deerat editio scientifica-critica. Auctor huius editionis, Carl Selmer, proinde optime egit elaborando, lento, accuratissimo labore investigationis ut talem editionem ad finem felicem perducere posset. Textus antiquos fere 120 inquisivit et diiudicavit. 18 ex his textibus retinuit ad editionem praesentem procurandam.

In praefatione dilucida, omnes quaestiones quae de antiquo hoc scripto ponuntur, proponuntur, et solvuntur, in quantum hoc possibile est. Quaestiones illas, sicuti et solutiones propositas, hic indicare non debemus. Sufficiat nobis dixisse editionem hanc tali modo esse conceptam ac elaboratam, ut revera perfecta dici debeat. Hac ratione universitas Notre Dame iterum probavit, ea quae sub eius auspiciis eduntur, vere plausum mereri ex parte eorum qui scientifice ea quae in editionibus illis considerantur examinare et diiudicare intendunt.

Notari potest inter antiqua manuscripta huius « *Navigationis* » enumerari haec provenientia ex canonibus Praemonstratensibus: Munich, 22248, saec. XII, provenit ex Windberg; item Munich 17139, saec. XII, provenit ex Schäftlarn.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

J. ANDRÉ, *Le Chapelain de Notre-Dame. S. Hermann-Joseph, chanoine prémontré*. 234 pp. Ed.: Frigolet, Abbaye.

Quelques mois après nous avoir donné un beau livre sur S. Thérèse de Lisieux, sous le titre: *La Sainte, qui voulut toujours faire plaisir* (cfr. *Anal. Praem.*, XXXVI, 1960, pp. 165-167), un autre livre, du même genre, et du même auteur, paraît en librairie. Cette fois, il s'agit d'un livre consacré à S. Hermann-Joseph, dont le culte immémorial fut confirmé authentiquement par l'autorité suprême de l'Eglise en 1958 (cfr. *Anal. Praem.*, XXXVI, 1960, p. 161 s.). L'imprimatur de ce livre, composé par le rév. Prieur de Frigolet, date de 1955; une note ajoutée montre que le livre ne